

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput III**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

tu excernitur. Robut illis tantum, ut equorum in cursu distimpant latera. Mirus & is erat, qui inter Regis assyriorum ad Ferdinandum Neapolitanum dona. Miraculoſo enim pilo, virgato corpore, diversis coloribus, & paribus lineis. *Pontan. de Magnificent.*

## CAPUT III.

## DE APRO &amp; ARCHOPITECO.

**I**N Creta nulli *Apri*; in quadam novi orbis parte nostris minores. Caudae illis tam breves, ut abscissas Hispani putarent, solipedes etiam anterius, posterius bisulci. In quibusdam Scandinavia locis, duodecim sunt pedum longitudine. *Regulus Salvimontis* ingentem habebat, quem cum hero & canibus, ad cornuum concentus venatum exivisse tradit *Scaliger*. *Archopitecus* animal est in America, corpore, supra modum deformi, Hauit vocant incola. Magnitudo illi *Cercopitheci*, venter ad terram demissus, caput & facies infantis, ejusdem captus imitatur suspria. Terni pedibus hærent unguis, quatuor longi digitis, magnis Cyprinotum spinis similes, his per artores repit. Cauda tres digitos longa est. Vivi hominis carnem nunquam degustasse vixum, solis foliis, qua Amahut vernacula vocant, vivere existimant. Hominem deamat mansuetus, humeros subinde ascendens Subdio retentam, nunquam madefactum relavit *Thevetus*.

## CAPUT IV.

## DE BOVE.

**I**N extrema quadam Asiae provincia, inter extremos Indiarum montes & Cathajum, albi nigrisque nascuntur *Boves*, equina cauda, sed pilosiore & ad pedes usque protensa. Pili ejus subtilissimi plumas refertunt, &

N. 5

pol.